



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. De aliis nonnullis in specie, de quibus dubium esse poterat, an  
appellare possint?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

possit Procurator v. g. pater pro filio, aut alius ratione commissionis, &c. modo tam habeat talam appellationem, cuius nomine appellatum est; quin etiam fieri nonnunquam potest, ut utraque pars litigantium à sententia lata appellare possit, quatenus ea ipsis in diversis articulis contraria est, si tamen à Iudice etiam talis articuli decisio petita fuit: Speciosa tamen est consuetudo tribunorum.

## §. II.

*An in causa pluribus communis unus tantum appellare possit sine ceteris?*

Fieri hoc posse, ita ut hujus in causa appellationis victoria, etiam alii profitantur, si communi iure juventur, & idem negotium, eademque defensionis causa existat, ex o. Vna 72. b. t. patet, si tamen correli fuerint, in eadem causa, & per eandem sententiam condemnati, neque unus illorum sententiam primæ instantie expressè vel tacite approbaverit, cui locii appellationib[us] prodesset, cum sponte suâ ei renunciaverit, aut tacite saltem eâ se abdicaverit. Neque tamen sententia in causa appellationis contra unum ex correli lata, semper alteri correlo nocet quoad condemnationem, prout sumitur ex o. Significasti s. de adulterio, cum alteri non debeat auferri necessaria defensio, neque præjudicium generari ex condemnatione alterius.



## §. III.

*De aliis nonnullis in specie deponibus dubium esse poterat, an appellare possint?*

Dubitari potest primum, utrum qui juravit parituum le munus Ecclesiæ, possit non obstante hoc instrumento à sententia & præcepto, quod in justè gravari putat, appellare? n. quod sic, prout sumitur ex c. Ad hoc 21. quia juramentum generaliter præfatum explicari debet, juxta limites iuri & iusticie, neque extendendum ad applicationem iniustam, & iniuste gravatum & hinc quamvis juraverit aliquis frumentum se sententiâ Iudicis, qualunque illa fuerit, adhuc tamen, si per iuramentum iniquè opprimatur, appellare potest, eò quod verba hæc generaliter extendant se ad sententiam iniquè gravantem. Si tamen in tali casu frumentum sine justa causa & solius subiecti gratiâ appelletur, nulla est appellatio prout etiam patet ex o. questione 21. quod Capitulum ne priori contundatur in hunc sensum accipi debet.

Dubitari potest secundum, an licet appellat Reus, si contra Procuratorem & iudicem excipiat in judicio, quod non beat mandatum, vel si excipiat, quod coram alio Iudice prius jam conveniuerit ex delegatione Papæ, cuius postiores litteræ nullam mentionem faciunt & in neutrō casu audiatur. n. affirmativa, quod in utroque casu scilicet hanc appellat, prout statutum habent in o. Significavit 48. b. t. cum utrobique in justum ipsis gravamen imponatur.

Dubitari potest tertium, an licet appelle-

let Reus, conventus in judicio actione reali, si petat rem in Libello petitam declarari seu obsignari, & non audiatur. p. quod licet appellat, cum etiam hic iniuste à Judice gravetur, qui negat illi, quod à jure potendum conceditur. c. 2. de Libell. oblat.

Dubitari potest Quartò, utrum Tutor, an mater tutix filiorum, si nomine pupilli aut pupillorum inviti convenientur in judicio, de causis post positam tutelam otis, aut de novo inchoandis, licet possint appellare? Respondeatur ex c. ex parte 67. h. t. quod licet appellare possint contra tale gravamen, cum non possint de talibus litibus convenienti amplius pupillorum nomine, potest tutelā; si tamen lis aliqua cum Tutori, pupilli nomine, tempore tutelæ cœpta fuisset, deberet hic eam, posita etiam tutelā, prosequi, nisi omnis administratio in Curatorem translata fuisset, ut ne indefensus destituantur pupilli in causa, quam ipse incipere non potuit.

#### c. IV.

*De iis, quibus non est permisum appellare.*

Primò appellare non possunt, qui tribus edictis, vel uno peremptoriū citati dixerunt se nolle venire, in pecuniam scilicet verze contumaciz, ob quam condemnatus fuit. Secundò non possunt appellare, qui sententiam contra se latam exp̄s̄ vel tacite approbaverunt, ut dictum. Tertio appellare non possunt, quilegitim appellacioni adversarii sui nō detulerunt, si postea in eadem causa appellare vellent; ut scilicet in eo puniantur, in quo ipsi deliquerunt. c. Constitutis 28.

& c. Ans. 42. b. t. Quartò appellare non possunt, qui propriā voce, ac sponte in judicio confessi fuerunt, & clatā ac plenā probatione convicti, quia talis appellatio pr̄sumitur interposita subterfugii tantum causā &c. si vero tantum confessus aliquis fuit in judicio, non ramen debito modo convictus fuit, potest quidem appellare, appellatio tamen talis, si confessionem non revocavit, & nullam rationabilem causam appellationis expressit, non habebit effectum suspensum, qui executionem Iudicis à quo impedit, sed tantum devolutivum, vi cuius inhibere potest executionem Index ad quem; juxta c. Romanaz. 8. Si autem b. t. in 6.

#### SECTIO III.

*De sententiis, vel actibus,  
a quibus appellari potest, vel non  
potest.*

##### c. I.

*A quibus sententiis & in quibus  
causis sit licitum appellare?*

In genere loquendo appellari potest à quacunque sententia valida, nisi exp̄s̄ in jure sit prohibitum, quia appellatio est defensio, quae nemini facile negari debet. Spectato tamen jure civili non nisi à sententia definitiva, non autem interlocutoria appellari potest (ad cavendam scilicet litium prorogationem, quae de hoc jure, nisi intra triennium expediantur, expirant) nisi interlocutoria gravamen imponeret, quod per sententiam definitivam vel appellationem ab ea reparari non potest, aut vim habeat definitivæ, vel post eam non speretur definitivæ, vel post eam non speretur de-

Ccc 3 fini-